



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 64. Ejusdem Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.** nonnulli Turnonio suffragarentur, hinc ab eodem Pontifice recens electo Ostiensis Episcopus, & sacri Collegii Decanus fuit nominatus, apud eundem Pontificem remanere rogatus: verum Henrico II. fatis functo a Francisco II. ejus Successore in Gallias revocabatur, ut suis eidem consiliis praestet esset.

Hic idem Cardinalis, cum scientiarum, ac literatorum insignis fautor audiret, Turnonii in Vivariensi Provincia ad Rhodanum erexit Collegium, atque ad illud percelebres accersivit Professores: cum autem hi novarum haeresum veneno tunc per Gallias indies magis, magisque graffante infecti essent, hinc Cardinalis eos suum munere exuebat, atque ad plurimum amicorum suorum preces ex Societate Professores subrogans, ipsum Collegium eis donabat; hos enim Patres plurimi habebat, eosque, ut juventutem humioribus literis imbuerent, idoneos censebat, necnon pluribus beneficiis eorum non paucos cumulabat.

#### §. LXIV.

##### *Eiusdem Cardinalis obitus.*

Denique hic Cardinalis Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo sexagesimo secundo die vigesima secunda Aprilis, apud S. Germanum in Laya

*Sacchin. hist.  
Soc. Iesu  
l. 4. n. 84.  
§ 85.*



Laya anno ætatis suæ septuagesimo ter- Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
tio obiit, ejusque corpus Turnonium  
delatum est. Ejusdem laudes oratio-  
ne funebri deprædicabat Joannes Pelis-  
torius, Vincentius vero Laura, qui  
primo Montis Regalis Archiepiscopus,  
ac demum sub Gregorio XIII. Cardina-  
lis fuit creatus, ejus vitæ historiam  
concinnabat. Ceterum Franciscus præ-  
ter quædam statuta Synodica, quæ  
Lugduni Anno Christi millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo condiderat, poste-  
ris etiam reliquit quasdam epistolas ad  
Annam Montmorentium scriptas, nec-  
non alias, quæ Anno millesimo quin-  
gentesimo vigesimo quinto, quinquage-  
simo septimo, & quinquagesimo nono  
scriptæ in Regia Bibliotheca affervantur.

§. LXV.

*Lenoncurtii Cardinalis extrema.*

Pariter eodem hoc anno Francia luxe- Ciacon. t. 3.  
rat Cardinalem Robertum Lenon-  
pag. 646.  
curtum Theodorici Lenoncurtii Vigno-  
riensis Filium, qui ex Priore Charita-  
tis Divæ Mariæ ad Ligerim Ordinis  
Cluniacensis, Abbas primo Barbellæ,  
seu sacri portus Ordinis Cisterciensis,  
deinde Rhemis Abbas sancti Remi-  
gii, ac denique cedente Roberto  
Lenoncurtio Patruo suo, ejusdem Ur-  
bis Archiepiscopus est nominatus: tan-  
dem

Z z 2

dem

